

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Malicia I  
cum fontibus primis

Coherceri omnino nequit animus  
prava semel uoluntate uiciatus

Sed  
coerceri omnino nequit animus  
prava semel uoluntate uiciatus  
iamque immedicabiliter aegrotans,  
neque cedit magnis quamlibet  
a Deo remediis indultis.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum  
homilia IX*, 1 (E. Bonfiglio ed., 2009,  
p.89, ll.2-4).

quia zelus sapere nescit  
et ira consilium non habet.

Ipse denique sapientissimus Salomon,  
cum propter peccatum suum audisset a  
prophetis Hieroboam regem futurum,  
posuit persequi eum, putans posse illum  
perdere quem Deus producit:  
quia zelus sapere nescit,  
et ira non potest habere consilium.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus  
imperfectum in Matthaicum*, 2 (PG 56,  
col.644).

Ideo Herodes

Sed quidem credebat Herodes in malo,  
in bono autem non credebat: quoniam  
quidem quod inde nasciturus fuerat rex,  
unde Scripturae dicebant, credebat:  
quoniam autem adversus illum agere non  
poterat, quem Deus mittebat, non  
credebat, quia

non suo consilio gubernabatur, sed  
uinculo dyaboli trahebatur ligatus.

non suo consilio gubernabatur, sed  
vinculo dyaboli trahebatur ligatus.

Crisostomus ibidem (super secundum  
capitulum Matthei).

Pseudo-Chrysostomus, *Opus  
imperfectum in Matthaicum*, 2 (PG 56,  
col.639).